4. Quid quod multi propter paupertatem blasphemant? dicet aliquis. Non propter paupertatem, sed propter insaniam suam et pusillanimitatem id agunt. Atque hoc ex beati Job exemplo patet; qui cum ad extremam paupertatem redactus esset, et ad ipsum paupertatis barathrum devolutus, non solum non blasphemavit, sed Deum benedicere non cessavit, his verbis : *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum in sæcula (Job 1. 21)*. At enim ob divitias etiam multi rapiunt et aliena invadunt, dicet aliquis. Verum id non ob divitias fit, sed ob ipsorum stultitiam; atque hujus rei testis nobis erit hic ipse vir, qui cum tot opibus abundaret, non modo res aliorum non rapuit, sed etiam propria erogabat, et peregrinis portum parabat, sic dicens : *Domus mea omni peregrino patuit (Job 31. 32)*. Abraham quoque cum tot opes possideret, in prætereuntes omnia expendebat; et neque hunc neque illum fraudatorem aut avarum divitiæ reddiderunt, ut neque blasphemum paupertas aut illum aut Lazarum : sed cum neque necessaria utrique suppeterent alimenta, sic illustres fuerunt, ut alter Dei, qui arcana clare novit, testimonio commendaretur : alter autem ab angelis antecedentibus hinc auferretur, et contubernalis fieret patriarchæ, iisdemque bonis quibus ille fruere. Itaque mediæ res sunt istæ, paupertas et divitiæ, sanitas et morbus, vita et mors, gloria et honor, servitus et libertas, et quæcumque sunt ejusmodi; non enim omnia sunt percurrenda, ne prolixior fiat oratio, sed vobis ex his data occasione, ad ea quæ nos urgent dicenda pergendum est. *Da enim, inquit, sapienti occasionem, et sapientior erit (Prov. 9. 9)*. Igitur res mediæ sunt hæc omnia : sic ut his in bonum et in malum homines uti possint. Quod enim hæc res sint mediæ, ut divitiæ, ostendit Abraham, qui ut opus erat ipsis est usus : ostendit et ille qui Lazari vixit ætate dives, qui in capitis sui perniciem facultates impendit. Neque bonum igitur absolute sunt divitiæ, neque malum. Si absolute bonum essent, neque

res mediæ, dives ille qui ætate Lazari vixit, tam gravi supplicio punitus non esset : si malum essent, Abraham, qui dives fuit, non tam celebris fuisset. Tale quid est etiam morbus. Nam si malum esset morbus, oporteret et malum esse ægrotum. Itaque Timotheus quoque malus esse debuisset, qui morbo gravissimo conflictabatur. *Vino enim modico utere, inquit, propter stomachum, et frequentes tuas infirmitates (1. Tim. 5. 23)*. Quod si non modo malus idcirco non fuit, sed et mercedis multæ accessionem accepit, ut patienter infirmitatem illam tulit, morbum utique malum non esse manifestum est. Alius quoque propheta oculis perpetuo laborabat : nec tamen propter hoc malus erat, sed et prophetabat, et futura prævidebat, neque morbus illi aliquod ad virtutem impedimentum afferebat. At neque sanitas absolute bonum est, nisi quis ea ut oportet, non ad improbum facinus vel ad inutile otium utatur : neque enim crimine hoc ipsum vacat. Quocirca Paulus etiam dicebat : *Si quis non vult operari, nec manducet (2. Thess. 3. 10)*. Verum hæc media sunt et indifferentia, et pro ratione eorum qui eis utuntur aliquando hoc, aliquando illud fiunt. Quid vero attinet sanitatem commemorare ac morbum, divitias et paupertatem? Hoc enim ipsum, quod vulgo honorum omnium caput censetur, et malorum colophon, mors, inquam, et vita, neque sunt hæc absolute, sed et ipsa media sunt, et prout eorum fert animus, qui eis utuntur, alterutra fiunt. Exempli causa bonum est vivere, si quis eo ut oportet utatur : cum vero ad peccata vel iniquitates, non jam bonum est, sed multo melius fuerit, ut qui ejusmodi est moriatur. Rursus illud, quod fugiendum multi censent, innumera nobis bona conciliat, dum convenientem causam habeat adjunctam. Argumento sunt martyres, qui propter mortem omnium sunt felicissimi. Propter hoc nimirum Paulus non simpliciter vivere in Christo cupiebat, sed quoniam hoc illi operis fructus erat. « Etenim quid eligam, » inquit, « ignoro : coarctor autem e duobus : desiderium enim habens dissolvi et esse cum Christo ; valde enim multo melius ; permanere autem in carne magis necessarium propter vos » (*Philip. 1. 22-24*). Ob hoc ipsum quoque dicebat propheta, *Preiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus (Psal. 115. 15)* : non simpliciter mors, sed mors ejusmodi. Et rursus alicubi, *Mors peccatorum pessima (Psal. 53. 22)*. Vides hoc quoque medium esse, nec absolute bonum, nec item absolute malum, sed pro ratione animi et affectus eorum a quibus illud excipitur? Idcirco et sapientissimus Salomon, dum utilitatem commemorat, quæ in medio istorum est posita, et de his philosophatur, ostenditque non hoc absolute bonum esse, et illud malum, sed convenienti cum tempore fieri bona, licet molesta esse videantur, (a) [et mala, licet jucunda esse videantur;] cum non convenienti fiunt tempore, dicebat : *Tempus flendi et tempus ridendi : tempus vivendi, et tempus mo-*

(a) Quæ uncinis clauduntur desunt in Græco; sed desiderantur ad seriem, eaque Fronto Ducaeus, non dubia conjectura, supplevit.

πλοῦτος πάλιν δοκεῖ μὲν πολλοῖς εἶναι καλόν, οὐκ ἔστι δὲ ἀπλῶς καλόν, εἰ μὴ τις εἰς θεόν αὐτῷ χρώμενος εἴη. Εἰ γὰρ ἀπλῶς καλόν ἦν ὁ πλοῦτος, ἔδει καὶ τοὺς ἔχοντας αὐτὸν εἶναι καλοῦς· εἰ δὲ οὐ πάντες οἱ πλοῦτοῦντες ἐνάρετοι, ἀλλ' οἱ καλῶς τῷ πλούτῳ κεχρημένοι, εὐδηλον ὅτι οὐχ ἀπλῶς αὐτὸ καθ' ἑαυτὰ ὁ πλοῦτος καλόν, ἀλλ' ὕλη τις ἐστὶν ἀρετῆς ἐν τῷ μέσῳ κειμένη. Σκόπει δέ. Εἰσὶν ἐν τῷ σώματι ποιότητες, ἃς οἱ ἔχοντες ἀπ' αὐτῶν καλοῦνται. Οἶόν τι λέγω· τὸ λευκὸν οὐκ ἔστιν οὐσία, ἀλλὰ ποιότης, καὶ συμβεβηκὸς ἐπιγιγνώμενον τῇ οὐσίᾳ· ἂν οὖν τινι προσγένηται τοῦτο, λευκὸν τὸν τοιοῦτον καλοῦμεν. Ἔστιν ἀρρώστια πάλιν καὶ αὐτὴ ποιότης τις οὕσα καὶ συμβεβηκὸς· κἂν τινι προσγένηται, ἀρρώστον τὸν τοιοῦτον καλοῦμεν. Εἰ τοίνυν καὶ ὁ πλοῦτος ἦν ἀρετὴ, ἔδει τὸν ἔχοντα τὸν πλοῦτον ἐνάρετον εἶναι καὶ λέγεσθαι· εἰ δὲ οὐ πάντως ὁ πλοῦσιος ἐνάρετος, οὐκ ἀρετὴ, οὐδὲ καλόν ὁ πλοῦτος ἀπλῶς, ἀλλὰ παρὰ τὴν γνώμην τοῦ χρωμένου τοῦτο γίνεται. Πάλιν ἡ πενία εἰ κακὸν ἦν, ἔδει τοὺς ἐν πενίᾳ ἄπαντας εἶναι κακοῦς· εἰ δὲ πολλοὶ τῶν ἐν πενίᾳ ὄντων τῶν οὐρανῶν ἐπελάβοντο, οὐκ ἄρα ἡ πενία κακόν.

δ'. Τί οὖν, ὅτι πολλοὶ βλασφημοῦσι διὰ τὴν πενίαν; φησὶν. Οὐ διὰ τὴν πενίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν ἀφροσύνην τε καὶ μικροψυχίαν τοῦτο ποιοῦσι. Καὶ τούτων ἀπόδειξις ὁ μακάριος Ἰωβ, ὃς ἐν ἐσχάτῃ πενίᾳ ὢν, καὶ πρὸς αὐτὸ τῆς πενίας κατενεχθεὶς τὸ βάραθρον, οὐ μόνον οὐκ ἐβλασφήμησεν, ἀλλ' εὐλογῶν τὸν Θεὸν διετέλει, λέγων· Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἄλλὰ καὶ διὰ τὸν πλοῦτον πολλοὶ, φησὶν, ἀρπάζουσι καὶ πλεονεκτοῦσιν. Ἄλλ' οὐ διὰ τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν ἀφροσύνην· καὶ τούτου μάρτυς πάλιν ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος οὗτος, ὃς ἐν τοσοῦτῳ πλούτῳ οὐ μόνον οὐχ ἤρπασε τὰ ἐτέρων, ἀλλὰ καὶ τὰ οἰκεία <sup>a</sup> [ἐδίδου], καὶ λιμένα τοῖς ξένοις κατεσκευάζεν, οὕτω λέγων· Ἡ οἰκία μου παντὶ ξένῳ [151] ἐλθόντι ἠρέφιτο. Καὶ ὁ Ἀβραάμ πλοῦτον τοσοῦτον ἔχων, τοῖς παριοῦσι πάντα ἐδαπάνη· καὶ οὔτε τοῦτον, οὔτε ἐκεῖνον πλεονέκτην ὁ πλοῦτος ἐποίησεν, ὡσπερ οὐδὲ βλάσφημον οὔτε ἐκεῖνον, οὔτε τὸν Λάζαρον ἢ πενία· ἀλλ' οὕτω διέλαμψαν ἑκάτεροι, μηδὲ τῆς ἀναγκαίας εὐποροῦντες τροφῆς, ὡς τὸν μὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ δέξασθαι τὴν μαρτυρίαν, τοῦ τὰ ἀπόρρητα σαφῶς εἰδότης· τὸν δὲ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων προηγουμένων οὕτως ἐντεῦθεν ἀπενεχθῆναι, καὶ ὁμόσκηνον τῷ πατριάρχῃ γενέσθαι, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύειν, ὧν ἐκεῖνος. Ἄρα τῶν μέσων ταῦτά ἐστι, πενία καὶ πλοῦτος, υἰγεία καὶ νόσος, καὶ ζωὴ καὶ θάνατος, δόξα καὶ τιμὴ, δουλεία καὶ ἐλευθερία, καὶ ὅσα τοιαῦτα· οὐ γὰρ δεῖ πάντα ἐπιέναι, ὥστε μὴ μηκύνειν τὸν λόγον, ἀλλὰ ἐν τούτοις παρέχοντα ὑμῖν ἀφορμὰς, ἐπὶ τὰ κατεπείγοντα βαδίζειν. Δίδου γάρ, φησὶ, σοφῶ ἀφορμῆν, καὶ σοφώτερος ἔσται. Ἄρα τῶν μέσων ταῦτά ἐστι πάντα, ὡς τούτοις καὶ εἰς καλόν, καὶ εἰς κακόν, οἱ χρώμενοι δύναιτ' ἂν <sup>b</sup>. Ὅτι γὰρ τῶν μέσων ἐστὶ ταῦτα, ὧν ὁ πλοῦτος, ἔδειξεν ὁ Ἀβραάμ, εἰς θεόν

αὐτῷ χρῆσάμενος. Ἔδειξε δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου ὁ πλοῦσιος, ἐπὶ ἀπωλείᾳ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς τὰ ὄντα δαπανήσας. Οὔτε οὖν καλόν ἀπλῶς ὁ πλοῦτος, οὔτε κακόν. Εἰ καλόν ἦν ἀπλῶς, ἀλλ' οὐχὶ μέσον, οὐκ ἂν ὁ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου πλοῦσιος τοιαῦτα ἐκολάζετο· εἰ κακόν ἦν, οὐκ ἂν Ἀβραάμ οὕτως εὐδοκίμησε πλοῦσιος ὢν. Τοιοῦτόν τι καὶ ἡ νόσος ἐστίν. Εἰ γὰρ κακόν ἦν ἡ νόσος, ἔδει καὶ τοῦτον <sup>c</sup> κακόν εἶναι τὸν ἔχοντα. Ἄρα καὶ Τιμόθεος ἔμελλεν εἶναι κατὰ τοῦτο κακός, ἐσχάτῃ νόσῳ παλαίων. Οἶνον γὰρ ὀλίγον χρῶ, φησὶ, διὰ τὸν στόμαχόν σου, καὶ τὰς πυκνὰς σου ἀσθενείας. Εἰ δὲ οὐ μόνον κακός οὐκ ἦν ἐντεῦθεν, ἀλλὰ καὶ πολλοῦ μισθοῦ προσθήκην ἐλάμβανε, γενναίως τὴν ἀρρώστιαν ἐνέγκας, εὐδηλον ὅτι οὐ κακόν ἡ νόσος. Καὶ ἕτερος δὲ προφήτης τοὺς ὀφθαλμοὺς νοσῶν διετέλει· ἀλλ' οὐ κατὰ τοῦτο κακός, ἀλλὰ καὶ προσφήτευσεν, καὶ τὰ μέλλοντα προεώρα, καὶ οὐδὲν ἡ νόσος εἰς τὴν ἀρετὴν ἐγένετο κώλυμα. Ἄλλ' οὐδὲ ἡ υἰγεία ἀπλῶς καλόν, ἂν μὴ τις εἰς θεόν χρωμένος αὐτῇ εἴη, ἀλλ' εἰς ἐργασίαν πονηρὰν, ἢ εἰς ἀργίαν ἀνόητον· οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἀνεύθυνον. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· Εἰ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω. Ἄλλὰ ταῦτα τῶν μέσων ἐστὶ, παρὰ τοὺς χρωμένους ποτὲ μὲν τοῦτο, ποτὲ δὲ ἐκεῖνο γινόμενα <sup>d</sup>. Καὶ τί δεῖ λέγειν υἰγείαν, καὶ νόσον, καὶ πλοῦτον, καὶ πενίαν; Αὐτὸ γὰρ τοῦτο, ὃ δοκεῖ τοῖς πολλοῖς εἶναι τῶν ἀγαθῶν κεφάλαιον, καὶ τῶν κακῶν ὁ κολοφών, ὁ θάνατος, λέγω, καὶ ἡ ζωὴ, οὐδὲ ταῦτα ἀπλῶς ἔσται, ἀλλὰ καὶ ταῦτα [152] τῶν μέσων, παρὰ τὴν γνώμην τῶν χρωμένων ἑκάτερα ταῦτα γινόμενα. Οἶόν τι λέγω· τὸ ζῆν καλόν, ὅταν εἰς θεόν χρωμένος αὐτῷ τις εἴη· ὅταν δὲ εἰς ἁμαρτήματα καὶ παρανομίας, οὐκέτι ἂν εἴη καλόν, ἀλλὰ βέλτιον τὸν τοιοῦτον τελευτῆσαι. Πάλιν δὲ πολλοῖς φευκτὸν εἶναι δοκεῖ, μυρίων ἀγαθῶν γένοιτ' ἂν αἴτιον, ὅταν αἰτίαν ἔχη τὴν προσήκουσαν. Καὶ δηλοῦσιν οἱ μάρτυρες, οἱ πάντων εἰσὶ διὰ τὴν τελευτὴν μακαριώτεροι. Διὸ δὴ τοῦτο ὁ Παῦλος οὐχ ἀπλῶς ἐπεθύμει ζῆν ἐν Χριστῷ, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο αὐτῷ καρπὸς ἔργου. Καὶ τί αἰρήσομαι γάρ, φησὶν, οὐ γνωρίζω· συνέχομαι δὲ ἐκ τῶν δύο, τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων τοῦ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρείσσον· τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ ἀναγκαϊότερον δι' ὑμᾶς. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ Προφήτης, Τιμῆος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ἐσίων αὐτοῦ· οὐχ ἀπλῶς ὁ θάνατος, ἀλλ' ὁ τοιοῦτος θάνατος. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, Θάνατος ἀμυρτωλῶν πονηρός. Ὅρᾳς καὶ τοῦτο τῶν μέσων, οὐχ ἀπλῶς καλόν, οὐδὲ ἀπλῶς κακόν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς γνώμης τῶν ὑποδεχόμενων αὐτό; Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ σοφώτατος Σολομών, τὸ μέσον τούτων τὸ χρήσιμον καταλέγων, καὶ φιλοσοφῶν ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ δεικνύς ὅτι οὐχ ἀπλῶς τοῦτο καλόν, κακεῖνο κακόν, ἀλλὰ μετὰ καιροῦ τοῦ προσήκοντος γίνεται καλὰ, κἂν φορτικὰ εἶναι δοκῇ <sup>e</sup>, ὅταν τὸν καιρὸν μὴ ἔχη τὸν προσήκοντα, Καιρὸς τοῦ κλαῖναι, καὶ καιρὸς τοῦ γελάσαι, ἔλεγε, καιρὸς τοῦ ζῆσαι, καὶ καιρὸς τοῦ ἀποθανεῖν. Οὐδὲ γὰρ πανταχοῦ τὸ χαίρειν καλόν, ἀλλ' ἐστὶν ὅπου καὶ βλαβερόν·

<sup>c</sup> Legendum esset καὶ ταύτην, secundum grammaticam seriem.

<sup>d</sup> Γινόμενα. In Græco exemplari γινόμενον legebatur.

<sup>a</sup> Verbum ἐδίδου inter duos uncinos posuimus, ut conjectura positum declararem.

<sup>b</sup> Savilius putat legendum καὶ εἰς κακὸν χρῆσθαι δύναιτ' ἂν, et vere melius haberet: sed mss. destituti nihil mutare audemus.

<sup>e</sup> Post δοκῆ addendum videtur καὶ κακὰ, κἂν χρῆστα εἶναι δοκῇ, verisimileque est hoc membrum δι' ὁμοιοτέλετον excidisse.



οὔτε πανταχοῦ τὸ ἀλγεῖν καλὸν, ἀλλ' ἔστιν ὅπου καὶ θανάσιμον καὶ ὀλέθριον. Καὶ τοῦτο αὐτὸ πάλιν δεῖκνυς ὁ Παῦλος ἔλεγεν· Ἡ κατὰ Θεὸν λύπη μετανοιαὶ εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται· ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη θάνατον κατεργάζεται.

ε'. Ὅρας καὶ τοῦτο τῶν μέσων ὄν; Οὐκοῦν καὶ τὸ ἐναντίον αὐτοῦ τῶν μέσων, τὸ χαίρειν λέγω. Διόπερ οὐχ ἀπλῶς χαίρειν ἐκέλευσεν, ἀλλὰ χαίρειν ἐν Κυρίῳ. Ἄλλ' ὁ μὲν τῶν μέσων λόγος ἰκανῶς ἡμῖν διευκρίνηται, εἶγε ἀκροατὰς ἔχει προσέχοντας· ἰτέον δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὰ μὴ μέσα, ἀλλὰ ἐπὶ τὰ καλὰ, ἃ οὐκ ἂν γένοιτο κακά, καὶ ἐπὶ τὰ κακά, ἃ οὐκ ἂν γένοιτο καλὰ. Ταῦτα μὲν γὰρ τὰ εἰρημένα ποτὲ μὲν τοῦτο, ποτὲ δὲ ἐκεῖνο γίνεται· οἷον ὁ πλοῦτος ποτὲ μὲν κακὸν, ὅταν εἰς πλεονεξίαν δαπανᾶται, ποτὲ δὲ καλὸν, ὅταν εἰς ἐλεημοσύνην ἀναλίσκηται· καὶ τὰ ἄλλα τοιαῦτα κατὰ τὸν κανόνα τοῦτον. Ἔστι δὲ τινα, ἃ οὐκ ἂν ποτε γένοιτο κακά· τὰ δὲ, ἐναντία τούτοις, αἰεὶ κακά, καὶ οὐκ ἂν ποτε γένοιτο καλὰ· οἷον ἀσέβεια, βλασφημία, ἀσέλγεια, [153] ὠμότης, ἀπανθρωπία, γαστριμαργία, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

Οὐ λέγω ὅτι ἄνθρωπος κακὸς οὐκ ἂν ποτε γένοιτο καλὸς, οὔτε καλὸς οὐκ ἂν ποτε γένοιτο κακός· ἀλλ' ὅτι αὐτὰ τὰ πράγματα οὐκ ἂν ποτε γένοιτο. Ταῦτα μὲν γὰρ εἶη<sup>α</sup> ἐπὶ τῆς οἰκείας τάξεως, τὰ τε καλὰ, καὶ τὰ κακά· ὁ δὲ ἄνθρωπος, ὅταν μὲν ἐκεῖνα ἔληται, καλὸς, ὅταν δὲ ἐναντία, κακός. Οὐκοῦν τρεῖς αὐταὶ μοῖραι· τὰ μὲν γὰρ καλὰ οὐκ ἂν γένοιτο κακά, οἷον σωφροσύνη, ἐλεημοσύνη, καὶ ὅσα τοιαῦτα· τὰ δὲ κακά οὐκ ἂν ποτε γένοιτο καλὰ, οἷον ἀσέλγεια, ἀπανθρωπία, ὠμότης· τὰ δὲ ποτὲ μὲν τοῦτο, ποτὲ δὲ ἐκεῖνο γινόμενα<sup>β</sup>, παρὰ τὴν γνώμην τῶν χρωμένων. Ὁ πλοῦτος ποτὲ μὲν γὰρ εἰς πλεονεξίαν ὑπηρετεῖται, ποτὲ δὲ εἰς ἐλεημοσύνην· ἀλλὰ παρὰ τὴν γνώμην τοῦ χρωμένου. Πενία ποτὲ μὲν εἰς βλασφημίαν, ποτὲ δὲ εἰς εὐφημίαν καὶ φιλοσοφίαν ὑπηρετεῖται. Ἐπεὶ οὖν πολλοὶ τῶν ἀλογωτέρων (ἐπὶ γὰρ τὴν λύσιν ἰτέον λοιπὸν) οὐ τὰ κακά μόνον, ἃ οὐκ ἂν ποτε γένοιτο καλὰ, ἀλλὰ καὶ τῶν μέσων ἕνια κακά καλοῦσιν, οἷον πενίαν, αἰχμαλωσίαν, δουλείαν, ἅπερ ἐδείξαμεν οὐ τῶν κακῶν, ἀλλὰ τῶν μέσων ὄντα· πολλοὶ δὲ, ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, ταῦτα κακά καλοῦσιν, οὐκ ὄντα κακά· περὶ ὧν<sup>γ</sup> ὁ προφήτης φησὶ, τῶν κατὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν καλουμένων, οὐ τῶν ὄντως κακῶν· περὶ αἰχμαλωσίας, περὶ δουλείας, περὶ λιμοῦ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ὅτι γὰρ ταῦτα οὐ κακά, ἀλλὰ καὶ κακῶν ἀναιρετικά, τὸν λιμὸν πρότερον εἰς μέσον ἀγάγωμεν, τὸν πᾶσι φρικτὸν καὶ φοβερὸν εἶναι δοκοῦντα. Πῶς οὖν οὐ κακὸν, μάθανε, καὶ παιδεύου φιλοσοφεῖν. Ἡνίκα τῶν Ἑβραίων ὁ δῆμος εἰς ἔσχατον ἐξώκειλε παρανομίας, τότε δὴ ὁ μέγας Ἡλίας, καὶ τῶν οὐρανῶν ἄξιος, ὁ βουλόμενος τὴν ἐκ τῆς βῆθουμίας νόσον ἀνελεῖν, καὶ διορθῶσαι ταύτην, ἐπήγαγε λέγων· Ζῆ Κύριος, ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ, εἰ ἔσται ὑετός, εἰ μὴ διὰ στόματός μου· καὶ ὁ μελωτὴν μόνον κεκτημένος, τὸν οὐρανὸν ἀπέκλεισε· τοσαύτη παρρησία αὐτῷ πρὸς τὸν Θεόν. Ὅρας ὅτι οὐ κακὸν ἡ πενία; Οὐκ ἂν ὁ πάντων ἀνθρώπων πενέστερος τοσαύτης ἀπέλαυσε παρρησίας, ὡς χαμαὶ βαδίζων, ἐνὶ μόνῳ λόγῳ τοσαύτην ἰσχύϊν ἐπιδείξασθαι. Εἰπὼν

τοῖνον τοῦτο, ἐπήγαγε λιμὸν, καθάπερ παιδαγωγὸν ἀριστον, καὶ διορθωτὴν τῶν γινομένων κακῶν· καὶ καθάπερ πυρετοῦ λάβρου εἰς σῶμα ἐμπεσόντος, καὶ αὐταὶ τῆς γῆς αἱ φλέβες ἀνεξηράνθησαν, καὶ χεῖμαρροι ἐπέλιπον, καὶ βοτάναι, καὶ τῆς γῆς αἱ λαγόνες ἄγονοι λοιπὸν ἦσαν. Καὶ οὐ μικρὰ τότε ὁ δῆμος ἐκαρπώσατο, τῆς ῥύμης τῆς ἐπὶ τὴν παρανομίαν ἀπαλλαγείς, καὶ συσταλεις, καὶ γενόμενος ἐπιεικέστερος, καὶ τῷ προφήτῃ χειροῦθης. [154] Οἱ γὰρ πρὸς τὰ εἰδῶλα τρέχοντες, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν κατασφάττοντες τοῖς δαιμονίοις, οὗτοι τοσοῦτων ἱερέων τῆς Βάαλ ἀναιρουμένων, οὐκ ἐδυσχέραναν, οὐκ ἠγανάκτησαν, ἀλλ' ἠνεγκαν σιγῇ καὶ φόβῳ τὸ γινόμενον, ἀπὸ τοῦ λιμοῦ βελτίους γενόμενοι.

ς'. Ὅρας ὡς οὐ μόνον [οὐ] κακὸν ὁ λιμὸς, ἀλλὰ καὶ κακῶν ἀναιρετικὸς, ἐν τάξει φαρμάκου τὰ νοσήματα διορθωσάμενος; Εἰ καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτὴν βούλει<sup>δ</sup> ἰδεῖν οὐ τῶν κακῶν οὔσαν, ἐννόησον τίνες μὲν ἦσαν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας, τίνες δὲ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ, ἵνα μάθης ὅτι οὔτε ἡ ἐλευθερία ἀπλῶς καλὸν, οὔτε ἡ αἰχμαλωσία κακόν. Ὅταν μὲν γὰρ ἦσαν ἐν ἐλευθερίᾳ, καὶ τὴν πατρίδα εἶχον τὴν ἑαυτῶν, τοιαῦτα ἔπραττον, ὡς καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοὺς προφήτας αὐτῶν καταβοᾶν, τῶν νόμων πατουμένων, καὶ τῶν εἰδώλων προσκυνουμένων, καὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ παραβαθεισῶν<sup>ε</sup>. ἐπειδὴ δὲ ἀπηνέχθησαν εἰς γῆν ἀλλοτρίαν, καὶ ἐν τῇ τῶν βαρβάρων χώρᾳ διέτριβον, οὕτω συνεστάλησαν, καὶ βελτίους ἐγένοντο, καὶ τοῦ νόμου φύλακες, ὡς ἔστιν ἐκ τοῦ ψαλμοῦ τοῦτο μαθεῖν, ὃν ἀναγκαῖον εἰς μέσον ἀγαγεῖν σήμερον, ἵνα μάθητε τῆς αἰχμαλωσίας τὸν καρπὸν. Τίς δὲ ἔστιν ὁ ψαλμός; Ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν, καὶ ἐκλαύσαμεν ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τῆς Σιών. Ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκρεμάσαμεν τὰ ὄργανα ἡμῶν. Ὅτι ἐκεῖ ἐπηρώτησαν ἡμᾶς οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς λόγους φθῶν, λέγοντες· Ἄσατε ἡμῖν ἐκ τῶν φθῶν Σιών. Πῶς ἴσωμεν τὴν φθῆν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; Εἶδες πῶς αὐτοὺς συνέστειλεν ἡ αἰχμαλωσία; Πρὸ μὲν γὰρ ταύτης καὶ τῶν προφητῶν ἐνηχοῦντων μὴ παραβαίνειν τὸν νόμον, οὐκ ἠνέσχοντο· μετὰ δὲ ταύτην, καὶ τῶν βαρβάρων ἐπικειμένων, καὶ τῶν κυριευόντων καταναγκαζόντων καὶ κατεπειγόντων παραβαίνειν, οὐχ ὑπέγκουον, ἀλλ' ἔλεγον· Οὐκ ἄσομεν τὴν φθῆν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας, ἐπειδὴ ὁ νόμος τοῦτο οὐκ ἐπέτρεπεν. Ὅρα δὲ καὶ τοὺς παῖδας τοὺς τρεῖς οὐ μόνον οὐδὲν βλαπτομένους ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας, ἀλλὰ καὶ λαμπροτέρους ἀπ' αὐτῆς γενομένους· καὶ τὸν Δαυὶδ ὁμοίως. Τί δὲ ὁ Ἰωσήφ; τί κακὸν ἔπαθε, καὶ ξένος, καὶ δούλος, καὶ δέσμιος γενόμενος; οὐχὶ διὰ τοῦτο μόνον εὐδοκίμει καὶ ἔλαμπε; Τί δὲ ἡ βάρβαρος ἐκείνη γυνή, καὶ ἐν πλούτῳ καὶ ὑπερηφανίᾳ καὶ ἐν ἐλευθερίᾳ διατρίβουσα, ἐντεῦθεν ἀπάνωτο; οὐχὶ πάντων ἦν ἀβλιωτέρα, ἐπειδὴ τούτοις εἰς δέον χρήσασθαι οὐκ ἠθέλησεν; Οὐκοῦν ταῦτα μὲν ἡμῖν ἀποδέδεικται σαφῶς, τίνα μὲν κακά, τίνα δὲ καλὰ, τίνα δὲ μέσα· καὶ ὅτι περὶ τῶν μέσων ὁ προφήτης φησὶν, οὐ τῶν ὄντως κακῶν, ἀλλὰ τῶν δοκούντων

<sup>α</sup> In ms. εἰ legitur; sed Savil. in marg. εἶη posuit ex conjectura, quam secutus est Ducæus.

<sup>β</sup> Ms. habet γινόμενον, ut supra. Mox legendum videtur εἰσοῦτος ὁ πλοῦτος.

<sup>γ</sup> Savil. putat legendum περὶ τούτων.

<sup>δ</sup> In ms. βούλει deerat. Sed Savil. in marg. posuit ex conjectura, quam Ducæus in textu secutus est.

<sup>ε</sup> Παραβαθεισῶν. In ms. legebatur παραβαίνοντων.

riendi (*Eccle. 3. 4*). Neque enim semper gaudere bonum est, sed aliquando etiam noxium; neque enim semper dolere bonum, sed aliquando etiam letale ac perniciosum. Atque hoc ipsum rursus indicans Paulus dicebat: « Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: sæculi autem tristitia mortem operatur » (*2. Cor. 7. 10*).

5. Vides hoc quoque medium atque indifferens esse? Igitur et contrarium ejus est medium, nimirum gaudere. Ideo non simpliciter gaudere jussit, sed in Domino gaudere (*Philip. 4. 4*). Sed satis jam sermonem hunc de rebus mediis enucleavimus, si quidem attentos nacti fuerimus auditores; restat ut ad ea progrediamur, quæ non sunt media, ad bona, quæ fieri mala non possunt, et ad mala, quæ numquam fieri possunt bona. Nam ea quidem quæ diximus modo hoc, modo illud fiunt, quemadmodum divitiæ modo malum sunt, cum ad aliena bona usurpanda insumuntur; modo bonum, cum in eleemosynam expenduntur, et alia hujusmodi secundum hanc regulam. Sunt autem nonnulla, quæ numquam fieri possunt mala: quæ vero sunt his contraria, semper mala sunt, nec unquam fieri bona possunt: cujusmodi sunt impietas, blasphemia, lascivia, crudelitas, inhumanitas, ingluvies, et alia ejusmodi.

*Tria genera rerum: bonæ, malæ, mediæ.* — Non dico malum hominem numquam fieri posse bonum, neque bonum fieri malum haud umquam posse: sed res ipsas fieri tales non posse. Enimvero hæc in suo manentes ordine, aliæ bonæ sunt, aliæ malæ: homo vero, quando illa quidem elegerit, bonus, quando vero contraria, malus erit. Igitur tres sunt isti rerum ordines: bona quidem numquam fieri possunt mala, cujusmodi sunt temperantia, eleemosyna, et similia: mala vero numquam fieri possunt bona, ut lascivia, inhumanitas et crudelitas: quædam autem aliquando hoc, aliquando illud fiunt pro ratione animi et affectus eorum, qui eis utuntur. Divitiæ nonnumquam ad aliena bona invadenda inserviunt, nonnumquam ad eleemosynam impertiendam: verum id fit ex animo et affectu ejus, qui eis utitur. Paupertas nonnumquam ad blasphemiam, nonnumquam ad benedictionem ac philosophiam inservit. Quia igitur insipientiores non pauci (jam enim ad solutionem veniendum est) non solum mala, quæ numquam bona fieri possunt, sed etiam ex iis quæ media sunt, nonnulla vocant mala, ut paupertatem, captivitatem, servitutem, quæ non inter mala, sed inter media esse numeranda demonstravimus: multi vero, ut ante dixi, hæc appellant mala quæ mala non sunt: de istis loquitur propheta, quæ secundum vulgi existimationem mala vocantur, non revera sunt mala: de captivitate, de servitute, de fame et aliis ejusmodi. Quod enim hæc non modo mala non sint, sed etiam ad mala depellenda sint usui, primum in medium prolata fame doceamus, quæ tremenda omnibus ac terribilis videtur esse. Disce igitur, quo pacto mala non sit, et ad philosophandum instruere. Cum populus Hebræorum ad summam improbitatem devenisset, tum magnus Elias,

et cælo dignus, cum vellet socordiae morbum auferre, eumque corrigere, adjecit dicens: *Vivit Dominus, cui adstisti coram eo, si erit pluvia, nisi per os meum* (*3. Reg. 17. 1*): et qui meloten solam possidebat, cælum clausit, tanta apud Deum gratia valuit. Vides paupertatem malum non esse? Non enim tanta gratia valuisset mortalium cunctorum pauperrimus, ut cum in terris versaretur, tantam virtutem uno solo verbo præ se ferret. Hoc ergo dicto famem immisit tamquam optimum pædagogum, et malorum quæ acciderant emendatorem: atque ut sit cum vehemens quædam febris corpus invasit, venæ ipsæ terræ exarescebant, torrentes deficiebant, et herbæ, et terræ viscera sterilia penitus deinceps erant. Neque vero mediocriter id populo fuit utile, cum repressus impetus fuerit, quo ad iniquitatem ferebatur, et castigatus modestiorque sit factus, et ad obtemperandum prophætæ mansuetior. Nam qui ad idola currebant, et dæmoniis filios suos mactabant, hi tot occisis sacerdotibus Baal, non indignati sunt, non indoluerunt, sed famis opera redditi meliores, tacentes ac metu correpli rem patienter tulerunt.

6. Vides non modo malum non esse famem, sed ad mala etiam tollenda prodesse, et ad sanandas ægritudines remedii locum obtinere? Quod si captivitatem ipsam etiam videre velis malum non esse, cogita quales ante captivitatem essent Judæi, et quales in captivitate, ut intelligas neque libertatem absolute bonum, neque captivitatem malum esse. Quando enim libertate fruebantur, et in patria sua degebant, ita se gerebant, ut singulis diebus adversus illos vociferarentur prophætæ, dum leges conculcarentur, adorarentur idola, et Dei mandata violarentur: postquam autem in alienam delati sunt terram, et in barbarorum regione versati, sic depressi sunt, ac meliores evaserunt, legemque servarunt, ut ex ipso psalmo colligi potest, quem operæ pretium est hodierno die in medium asserre, ut ex eo captivitatis fructum agnoscat. Quis ille porro psalmus est? *Super flumina Babylonis illic sedimus, et flevimus, dum recordaremur Sion. In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra. Quoniam illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantionum, dicentes: Cantate nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena* (*Psal. 136. 1-4*). Vides ut ipsos depresserit captivitas. Nam ante illam quidem prophetas non ferebant, a quibus admonebantur, ut ne legem transgredirentur: post illam autem etiam instantibus barbaris, et dominis cogentibus atque urgentibus, ut eam transgredirentur, minime parebant, sed dicebant: Non cantabimus canticum Domini in terra aliena, quoniam id lex non permittebat. Vide autem et tres pueros, qui non solum a captivitate læsi non sunt, sed etiam ejus opera illustriores evaserunt; eodemque modo Daniele. Quid vero Joseph? quid mali passus est, cum et peregrinus, et servus, et captivus est factus? nonne hoc unum illi splendorem comparavit? Quid vero mulier illa barbara, quæ in opibus, superbia, et libertate degebat, inde lucrata est? non-

ne omnium fuit miserrima, postquam istis, ut oportebat, uti noluit? Hæc igitur evidenter a nobis sunt demonstrata, quænam sint mala, quænam bona, quænam media, et de mediis loqui prophetam, quæ re ipsa mala non sunt, sed vulgo mala videntur, de captivitate, servitute, abductione. Quam vero ob causam hæc dicta sint, operæ pretium fuerit nunc docere.

*Prophetæ cur missi.* — Benignus cum sit Deus, et ad miserandum promptus, ad castigandum ac puniendum cunctator et tardus, ne Judæos suppliciiis mulcicaret, prophetas misit, ut verbis eos terreret, neque rebus ipsis puniret: quod et erga Ninivitas præstitit. Nam et illic olim urbem se eversurum minatus est, non ut everteret, sed ut non everteret, quod utique contigit. Hoc nimirum et tunc agebat, prophetas mittebat, ac barbarorum incursiones, bella, captivitates, abductionem, et in aliena regione commorationem minabatur. Et quemadmodum pater indulgens, cui filius est libidinosus ac negligens, ad sanam mentem volens eum reducere, flagella requirit, funes minatur dicens: Vinciam, flagellis cædam, interficiam, fitque verbis terribilis, ut hac ratione juvenis improbitatem compescat: ita nimirum Deus continue minabatur, cum eos injecto metu reddere meliores vellet. Hæc cernens diabolus, volensque emendationem, quæ consequeretur has minas, impedire, pseudoprophetas immisit, et prophetis captivitatem, servitutem, famemque minantibus, illi contraria, pacem, terræ fertilitatem, innumerorum bonorum copiam prædicebant. Idcirco exprobrantes illis prophetæ dicebant: *Pax, pax; et ubi est pax (Jer. 6. 14)?* Et sciunt omnes, qui sacrarum literarum sunt studiosi, cuncta evenisse, quæ prophetæ prædixerant adversus pseudoprophetas, qui populi studium debilitabant ac frangebant. Quoniam igitur populum ita dissolutum corrumpebant, per prophetas ait Deus: *Ego Deus faciens pacem, et creans mala (Isai. 45. 7).* Et quænam mala? Hæc quæ commemorata sunt, captivitatem, servitutem et alia ejusmodi: non fornicationem et lasciviam, et avaritiam, neque aliud quidquam ejusmodi. Idcirco etiam quando alius propheta dixit, *Si est malitia in civitate, quam non fecit Dominus (Amos 3. 6),* hanc dixit malitiam, famem, morbum, inflicta a Deo plagas: sic et Christus cum dicit, *Sufficit diei malitia sua (Matth. 6. 34),* sudores dicit, laborem, afflictionem.

7. Hoc igitur dicit propheta: Ne debiles ac remissos vos reddant pseudoprophetæ; Deus enim vobis pacem largiri potest, et captivitati vos tradere: hoc est, *Faciens pacem, et creans mala.* Atque ut hoc verum esse intelligas, ipsas dictiones accuratius examinemus. Cum enim ante dixisset, *Ego sum qui feci lucem et tenebras,* tunc addidit, *Faciens pacem, et creans mala.* Duo contraria supra posuit, ac deinde duo contraria, ut intelligas eum non de fornicatione, sed de calamitatibus loqui. Quid enim est quod paci opponitur? Clarum est quod sit captivitas, non lascivia,

neque fornicatio, neque avaritia. Ut igitur superius duo contraria posuit, sic nimirum et hoc loco: contraria vero paci res est non fornicatio, neque adulterium, neque lascivia, neque reliqua vitia; sed captivitas et servitus. Sed sicut erga elementa, sic erga res ipsas homines afficiuntur. Exempli causa: quemadmodum fecit lucem et tenebras, et multis esse jucunda lux videtur, tenebræ vero molestæ, ac noctem quidam tamquam malam accusant: sic nimirum et in rebus ipsis. At neque nox est accusanda, neque tenebræ, neque omnino servitus et captivitas. Quid enim, quæso, mali habent tenebræ? nonne sunt a laboribus relaxatio? nonne remissio curarum? nonne doloris exterminatio? nonne virium accessio? Quod si tenebræ non fuissent et nox, quando luce potiti essemus? nonne corruptum fuisset atque interemptum hoc animal homo? Ut autem videntur quidem insipientibus tenebræ malum esse quiddam, tametsi non sunt, verum ad ipsam diem nobis sunt usui, et ad opera, quæ in ipsa suscipimus, quiete recreatos reddit aptiores: ita neque malum quid est captivitas, de qua disserebat propheta cum diceret, *Faciens pacem, et creans mala:* sed res utilior est iis qui ut oportet ea fuerint usi: temperantiores autem ac modestiores eos efficit, dum arrogantiam retundit.

*Virtus non potest in servitutem redigi.* — Non enim in servitutem redigi potest virtus, neque ab ullo superari, non a servitute, non a captivitate, non a paupertate, non ab ipsa morte, quæ omnium est potentissima. Ostendunt id omnes, qui hæc omnia sunt perpassi, et eorum opera clariores evaserunt. Quid enim Josepho servitus nocuit? (nihil enim vetat quominus eundem virum iterum in medium adducamus) quid autem vincula? quid catenæ? quid calumnia? quid insidiæ? quid in aliena regione commoratio? Quid Jobum læsit armentorum ac gregum interitus, violenta et immatura mors liberorum, plaga corporis, vermium fontes, dolor intolerabilis, in fimo sessio, uxoris insidiæ, amicorum opprobria, famulorum convicia? Quid vero Lazaro nocuit, quod in vestibulo jaceret et canum linguis lingeretur? quid lædebat continua fames? quid divitis contemptus, vulnera, intolerandus morbus? quid quod desertus ab omnibus esset qui juvare possent, quod ab iis, qui auxiliari possent, contemneretur? Quid Paulo nocuerunt illa malorum examina, carceres, abductiones, mortes, submersiones ac reliquæ afflictiones, quas nemo poterit oratione numerando percensere? Hæc omnia considerantes, malitiam fugiamus, virtutem sectemur; et oremus, ne in tentationem intremus: quod si quando inciderimus, ne ægre feramus, neve indignemur: siquidem arma virtutis hæc sunt iis, qui ut oportet usi fuerint, et horum omnium opera celebritatem nobis poterimus comparare, si vigiles et attentifuerimus, ac bonis perfrui sempiternis: quæ nobis utinam contingant universis, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

εἶναι τοῖς πολλοῖς, αἰχμαλωσίας, δουλείας, ἀπαγωγῆς. Τίνος δὲ ἔνεκεν ταῦτα εἴρηται, ἀναγκαῖον εἶπειν

Φιλάνθρωπος ὢν ὁ Θεός, καὶ περὶ τὸ ἐλεεῖν ὀξύς, πρὸς δὲ τὸ τιμωρεῖσθαι καὶ κολάζειν ἀναδύμενος, [155] ὥστε μὴ τοὺς Ἰουδαίους παραδοῦναι τιμωρίαις, προφήτας ἐπεμψε, φοβῶν αὐτοὺς διὰ τῶν ῥημάτων, ὥστε μὴ κολάσαι διὰ τῶν πραγμάτων, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν Νινευιτῶν ἐποίησε. Καὶ γὰρ ἐκεῖ τότε τὴν πόλιν καταστρέψαι ἠπειλήσεν, οὐχ ἵνα καταστρέψῃ, ἀλλ' ἵνα μὴ καταστρέψῃ· ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο. Τοῦτο δὴ καὶ τότε ἔπραττε, καὶ προφήτας ἐπεμπεν, ἀπειλῶν βαρβάρων ἔφοδον, πολέμους, αἰχμαλωσίας, δουλείας, ἀπαγωγῆν, τὴν ἐν ἀλλοτρίᾳ διατριβήν. Καὶ καθάπερ πατήρ φιλόστοργος παῖδα ἀκόλαστον ἔχων καὶ ῥάθυμον, σωφρονίσει θέλων, ἱμάντας ἐπιζιτηεῖ, σχοίνους ἀπειλεῖ, λέγων· Δῆσω, μαστιξῶ, ἀναιρήσω, καὶ γίνεταί ἐν τοῖς ῥήμασι φοβερός, ὥστε ταύτη τὴν κακίαν ἀναστεῖλαι τοῦ νέου· οὕτω δὴ καὶ ὁ Θεός ἠπειλεῖ συνεχῶς, τῷ φόβῳ ποιῆσαι βελτίους βουλόμενος. Ταῦτα ὁρῶν ὁ διάβολος, καὶ βουλόμενος ἐκλύσαι τὴν ἐκ τῆς τοιαύτης ἀπειλῆς διόρθωσιν γινομένην, καθῆκε ψευδοπροφήτας, καὶ τῶν προφητῶν ἀπειλούντων αἰχμαλωσίαν, καὶ δουλείαν, καὶ λιμούς, ἐκεῖνοι τὰ ἐναντία ἔλεγον, εἰρήνην, εὐετηρίαν, καὶ μυρίων ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν. Διὸ καὶ ὀνειδίζοντες αὐτοῖς οἱ προφῆται ἔλεγον· *Εἰρήνη, εἰρήνη· καὶ ποῦ ἔστιν εἰρήνη;* Καὶ ὅσοι τῶν φιλολόγων, τοῦτο ἴσασιν, ὡς ἅπαντα κρατεῖν<sup>α</sup>, ἃ τοῖς προφήταις πρὸς τοὺς ψευδοπροφήτας ἐγένοντο, ἐκλύοντες τοῦ λαοῦ τὴν σπουδὴν. Ἐπεὶ οὖν οὕτως ἐκλύοντες διέφθειραν τὸν λαόν, φησὶν ὁ Θεός διὰ τῶν προφητῶν· *Ἐγὼ ὁ Θεός ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά.* Καὶ ποῖα κακά; Ταῦτα τὰ εἰρημένα, αἰχμαλωσίαν, δουλείαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα· οὐ πορνείαν, καὶ ἀσέλγειαν, καὶ πλεονεξίαν, οὐδὲ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἕτερος προφήτης εἰπὼν, *Εἰ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἦν Κύριος οὐκ ἐποίησε,* ταύτην λέγει τὴν κακίαν, τοὺς λιμούς, τὰς νόσους, τὰς θεηλάτους πληγὰς. Οὕτω καὶ ὁ Χριστός, ὅταν λέγῃ, *Ἀρμετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς,* τοὺς ἰδρωτάς, τὸν μόχθον, τὴν ταλαιπωρίαν φησί.

ζ'. Τοῦτο οὖν φησὶν ὁ προφήτης· Μὴ ὑμᾶς ἐκλυέτωσαν οἱ ψευδοπροφῆται· ὁ γὰρ Θεός ὑμῖν εἰρήνην δοῦναι δύναται, καὶ αἰχμαλωσίᾳ παραδοῦναι· τούτῃ ἔστιν, *Ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά.* Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθές, αὐτὰς τὰς λέξεις βασανίσωμεν μετὰ ἀκριβείας. Εἰπὼν γὰρ ἄνω, *Ἐγὼ εἰμι ὁ ποιήσας φῶς καὶ σκότος,* τότε ἐπήγαγε, *Ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά.* Δύο ἐναντία ἄνω τέθεικε, καὶ δύο ἐναντία μετὰ ταῦτα, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐ περὶ πορνείας λέγει, ἀλλὰ περὶ συμφορῶν. Τί γὰρ ἀντιδιαστέλλεται τῇ εἰρήνῃ; Εὐδὴλον ὅτι αἰχμαλωσία, οὐκ ἀσέλγεια, οὐδὲ πορνεία, οὐδὲ πλεονεξία. Ὡς περὶ οὖν ἀνωτέρω ἐναντία δύο τέθεικεν, οὕτω δὴ καὶ ἐν-

<sup>α</sup> Ὡς ἅπαντα κρατεῖν. Hæc jure vitata videntur Savil. Sed tale vitium est. ut incassum laboret qui ex conjectura .ocum restituere tentaverit.

ταῦθα· ἐναντίον δὲ τῇ εἰρήνῃ οὐ πορνεία, οὐδὲ μοιχεία, οὐδὲ ἀσέλγεια, [156] οὐδὲ αἱ λοιπαὶ κακίαι, ἀλλ' αἰχμαλωσία καὶ δουλεία. Ἄλλ' ὅπερ ἐπὶ τῶν στοιχείων πάσχουσι, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων. Οὐδὲν τι λέγω· ὡς περὶ ἐποίησε φῶς καὶ σκότος, καὶ πολλοῖς τὸ μὲν φῶς ἡδὺ δοκεῖ εἶναι, τὸ δὲ σκότος ἐπαχθές, καὶ διαβάλλουσι τὴν νύκτα ὡς πονηρὰν τινα οὔσαν· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων. Ἄλλ' οὕτε τὴν νύκτα διαβλητέον, οὐδὲ τὸ σκότος, οὐδὲ ἀπλῶς τὴν δουλείαν, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, φαῦλον ἔχει τὸ σκότος; οὐχὶ πόλων ἐστὶν ἀνάπαυσις; οὐχὶ φροντίδων ἀνεσις; οὐχὶ λύτης ἀναίρεσις; οὐχὶ ἰσχύος προσθήκη; Εἰ δὲ μὴ σκότος ἦν καὶ νύξ, πότε ἂν ἀπελαύσαμεν τοῦ φωτός; οὐκ ἂν διεφθάρη καὶ ἀπώλετο τοῦτο τὸ ζῶον ὁ ἄνθρωπος; Ὡς περὶ δὲ τὸ σκότος δοκεῖ μὲν τοῖς ἀνοήτοις εἶναι κακόν, οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἡμέραν ἡμῖν συντελεῖ, καὶ πρὸς τὰς ἐργασίας ἐν αὐτῇ τοὺς ἀναπαυσαμένους ἐπιτηδειοτέρους κατασκευάζει· οὕτω οὐδὲ αἰχμαλωσία φαῦλον· περὶ τῆς ὁ προφήτης διελέγετο λέγων, *Ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά·* ἀλλὰ χρησιμώτερον τοῖς εἰς δέον χρωμένοις· σωφρονεστέρους δὲ καὶ ἐπιεικεστέρους ποιεῖ περικόπτουσα ἀπύνοιαν.

Ἄδούλωτον γὰρ ἡ ἀρετὴ, καὶ οὐδὲν αὐτῆς περιγενέσθαι δύναται· ἂν, οὐ δουλεία, οὐκ αἰχμαλωσία, οὐ πενία, οὐ νόσος, οὐκ αὐτὸ, ὃ πάντων τυραννικώτερον, ὁ θάνατος. Καὶ δηλοῦσιν ἅπαντες οἱ ταῦτα ὑπομείναντες ἅπαντα, καὶ δι' αὐτῶν μειζόνως λάμψαντες. Τί γὰρ τὸν Ἰωσήφ ἔβλαψεν ἡ δουλεία; (οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν τὸν αὐτὸν ἄνδρα εἰς μέσον ἀγαγεῖν·) τί γὰρ τὰ δεσμά; τί δὲ αἱ ἀλύσεις; τί δὲ ἡ συκοφαντία; τί δὲ ἡ ἐπιβουλή; τί δὲ ἡ ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας διατριβή; Τί τὸν Ἰώβ ἡ τῶν βουκολίων καὶ τῶν ποιμνίων ἀναίρεσις, ὁ βίαιος καὶ ἄωρος τῶν παιδῶν θάνατος, ἡ πληγὴ τοῦ σώματος, αἱ πηγαὶ τῶν σκολήκων, ἡ ὀδύνη ἡ ἀκαρτέρητος, ἡ ἐπὶ τῆς κοπρίας καθέδρα, ἡ ἐπιβουλή τῆς γυναικὸς, τὰ ὀνειδή τῶν φίλων, αἱ λοιδορίαι τῶν οἰκετῶν; Τί δὲ τὸν Λάζαρον τὸ ἐν τῷ πυλῶνι κεῖσθαι, καὶ ταῖς γλώσσαις τῶν κυνῶν περιλείχεσθαι, καὶ ὁ λιμὸς ὁ διηνεκῆς, καὶ ἡ ὑπεροψία τοῦ πλουσίου, καὶ τὰ τραύματα, καὶ ἡ νόσος ἡ ἀφόρητος, καὶ ἡ ἐρημία τῶν προῖσταμένων, καὶ ἡ ὑπεροψία τῶν βοηθούντων; Τί δὲ τὸν Παῦλον αἱ νιφάδες ἐκείνων τῶν δεσμοτηρίων, τῶν ἀπαγωγῶν, τῶν θανάτων, τῶν καταποντισμῶν, τῶν λοιπίων πειρασμῶν, ἃς οὐδὲ λόγῳ ἐξαριθμῆσαι ἐνι; Ταῦτα ἅπαντα ἀναλογισάμενοι, κακίαν φεύγωμεν, ἀρετὴν διώκωμεν· καὶ εὐχόμεθα μὲν μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν· εἰ δὲ ποτε ἐμπέσωμεν, μὴ ἀλύωμεν, μηδὲ δυσχεραίνωμεν· καὶ γὰρ ὅπλα ἐστὶ ταῦτα ἀρετῆς τοῖς εἰς δέον χρωμένοις, καὶ δυνασόμεθα διὰ πάντων εὐδοκιμεῖν ἐὰν νήφωμεν, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.